



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecycus, Johannes**

**Monachii, 1615**

XIX. Sancti benefactores magni peccato mortali offenduntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

reque opulenta, sine fine laudant, eoq; sempiternum perfruntur. Sathanica ergo peccati mortiferi peruersitas est, qua sancti hi cœlites offenduntur.

## CAPVT XIX.

*sancti benefactores magni peccato mortifero offenduntur.*

*In expl. orat. dom. Daniele. c. 12. 3. Greg. 9. mor. c. 6. Hom. 5. in Iob.*

**C**VM Cœlis enim illi, à D. Augustino, & ab aliis, sideribus cœlestibus rectè comparantur; sicut enim à motionibus & fluxionibus illorum, ita & à sanctis ingētia ad nos manant beneficia. Huius rei testē habem⁹ locupletissimum, vt & antiquissimum Originem; sic enim scribit: *Quæmadmodum cœli luminaria, & sidera in firmamento à Deo collocata, cunctis quæ sub cœlo sunt, indesinenter fulgent, atq; omnibus, quæ super terram sunt, per tempora & generationes mirabi-*

*rab  
alia  
lia p  
sic e  
sign  
mm  
trib  
emp  
tem  
exē  
ti v  
res,  
glor  
exp  
tate  
sum  
mē  
susti  
rona  
dun  
certa  
adeo  
est, q  
uiu*



rabiliter lumen suum communicant, alia per noctem, ut Luna & Stella, alia per diem, ut Solis speciosissimi radij; sic & Sanctorum virtutes, merita insignia, atq; eorum beatissimi agones, omnibus in aeternum bonorum formantur tribuunt, omnibus sub sole pietatis exemplum ostendunt. Ostendunt autem? authores etiam sunt suo exēplo victricibusq; factis, multi. ut pro voluptatibus acerbitates, pro diuitiis egestatem, pro gloria probra, pro vita mortem expetant; & verò magna voluntate, eximio religionis studio, summo salutis desiderio fortissimè & patientissimè pro Christo sustineant, sicq; beatitudinis coronam consequantur. His accedunt eorum quoque preces, ut certa & indubitata fides habet; adeoq; dubitandum nobis non est, quin ad maximum Asueri cō- *Luc. 16. 21.*  
 uiuium admissi, bonisq; omnib<sup>9</sup> fruen-



*Luc. 16. 21.*

fruentes, micam saltem è mensa tam diuite, famelico interdum mittant; quin fœlices messores magni Booz, messem ingentem cum exultatione colligentes, ex industria spicas aliquot projiciant, quas pauper Ruth sine rubore colligat: quin fœlices exploratores terræ promissæ, in manibus botrum habentes, & omnes illius fructus, animos nostros erigant, ut qui per fidem ambulamus, ad tantæ terræ aspectum, in via non deficientes, ad eam possidendam quoq; peruenire possimus; quin sanctæ columbæ in ligno vitæ, ubi sine timore accipitis (Diaboli) jam sedent, fluentia mundi respiciant, decurrètes aquas nostrarum miseriarum, ad gratiam; quin oves sanctæ ad dexteram collocatæ, ascendentes de laucro huius mundi, & pascentes, in

mon-

mo  
rim  
qua  
ore  
in i  
quin  
bore  
cesg  
aliqu  
tai,  
quo  
temp  
nire  
pecca  
virul  
cti la

Quo

S  
gen  
motos  
ligion



montibus Israel, in pascuis vber-  
rimis, compatiantur ouibus,  
quæ Leones inter & lupos sunt,  
orentque pastorem bonum nos  
in idem cum illis ouile portet;  
quin sancti fratres, jam sub ar-  
bore sedentes, cuius fructus dul-  
ces gutturi eorum, de ijs ad nos  
aliquos mittant, illis vt confor-  
tai, ad montem Dei Oreb, in  
quo facie ad faciem Deum suo  
tempore beati videamus, perue-  
nire possimus. O immensam  
peccati mortiferi abyssum. O  
virulentum basiliscum, quo San-  
cti læduntur.

## CAPVT XX.

*Quomodo Dei sanctos impius of-  
fendat?*

**S**anctos Dei, quos Ecclesia  
genuit, suisque vberibus ad-  
motos, purissimo catholicæ re-  
ligionis lacte aluit, cœlesti do-  
ctrina